

## Band IV., Nr. 973, Seite 21-22

*Der Propst Witego und sein Konvent in Rottenbuch bezeugen, dass Guta, die Tochter des Ritters Konrad von Schmalegg, während der Anwesenheit in ihrem Kloster, auf Geheiß ihres Vaters die von diesem und ihren Geschwistern geschehene Veräußerung von Torkenweiler an das Kloster Weißenau vor ihnen und den mit ihren Reliquien bei ihnen angekommenen Brüdern des letzteren Klosters ebenfalls vollzogen habe.*

Rottenbuch, 1241. April 29.

Universis fidelibus, presentem paginam inspecturis, W., dei miseratione dictus prepositus, et totus conventus in Rettenbŷch salutem in vero salutari. Quia de facili quod non scribitur a memoria hominum labitur, per presens scriptum tam modernis quam posteris significamus, quod tunc temporis, cum Cŷnradus miles de Smalneke ecclesie<sup>a</sup> Avgiensi venderet predium in Dorcquillare, una de filiabus suis nomine Gŷta, sponsa Sifridi de Mindelberch, erat in cenobio nostro, ut psalterium addisceret, cui litteras suas sigillatas misit, ut eandem venditionem et donationem, quam ipse cum aliis filiis et filiabus suis fecerat predictae ecclesie, ipsa similiter faceret. Fratres vero Avgienses, qui cum eisdem litteris venerant et suas reliquias illuc portaverant, receperunt eandem donationem canonice et legitime a predicta Gŷta factam, et quia hoc audivimus et vidimus et presentes eramus, in testimonium ecclesie Avgiensis presens scriptum sigillo nostro communimus.

Datum apud Rettenbŷch anno gratie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XLI., indictionis XIII<sup>e</sup>., III. kalendas Maii.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Das Siegel verloren, wie die eingeschnittenen Löcher in der Plica schließen lassen.

---

<sup>a</sup>Die in der Urkunde nicht mehr vollständig erhaltenen Worte *Smalneke ecclesie* sind einer Abschrift einem Diplomatar des Klosters Weißenau vom Jahr 1726, fol. 157, entnommen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 523 U 3666

**Überlieferung und Textkritik:**

Original. Auch im Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 279, fol. 157.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Rottenbuch

**Aussteller:**

Witego; Propst von Rottenbuch

**Ortsindex:**

Mindelberg, Pfaffenhausen, MN

Rottenbuch, WM

Schmalegg : Ravensburg RV

Schmalegg Wohnplatz (20127)

Torkenweiler Wohnplatz (20143)

Torkenweiler, Ravensburg, RV

Weißenu Wohnplatz (20163)

Weißenu, Ravensburg, RV